



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Qvodnam Indulgentiæ genus conferre valeat? Allegatio
LXXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

ad tale subsidium præstandum, nam certe grauentur, si eorum victus minueretur, *Bellencin. q. 30. Quaranta ubi supra, praxis noua Episcopali. num. 11. Azori. d. quæst. 6. versic. quid dicendum.*

50 Hinc beneficium habens, sed nullos fructus percipiens propter assidua bella, inundationes aquarum, vel ob alium fortuitum casum, nullo iure cogitur ad huiusmodi subsidium Episcopo præstandum, *Remig. de Gorn. q. 37. nu. 5. & quæst. 40. & 41. Moneta. d. quæst. 9. num. 21. Bellencin. q. 34. cum sequen. Azori. d. quæst. 6. versic. Clericus, qui etiam tenent tale subsidium exigi posse ab eo, qui est beneficii possessor, siue bona, siue mala fide: iam resoluunt, si duo litigent de beneficio, quorum uterque contendit ad se beneficium pertinere, tunc liberum esse Episcopo subsidium exigere ab eo, quem maluerit, at si is, qui subsidium soluerit victus in lite fuerit ab aduersario, ius habet repetendi tantundem, quantum soluit, alioquin iure compensationis uti potest.*

51 Rector Ecclesiam habens in vna diocesi, in alia vero prædia, & possessiones, ex quibus fructus beneficii percipit, debet soluere subsidium Episcopo, in cuius diocesi est Ecclesia, quia tale onus sustinent beneficiarii, ratione Ecclesiarum, quas habent, ita *Bellencin. q. 35. Azori. d. q. 6. versic. quid dicendum.*

52 Pensionarius clericus, & Rector beneficii pro rata portione tenentur ad subsidium, *Bellencin. q. 37. Azori. d. q. 6. versic. si quæras, Gigg. de pension. quæst. 38. Flamin. de confid. q. 23. numer. 7. Sed re vera Curia Romanæ stylus habet, ut pensio auctoritate Papæ assignata alicui, sit immunis & libera ab omni onere, etiam subsidii charitatis, & ideo quando Papa clerico pensionem assignat liberam ab omni subsidio charitatis, Rector beneficii debet ex toto illud soluere.*

53 Ecclesia si in confinio duarum diocesum sit, ambo Episcopi se concordare debent, ut alternis vicibus subsidium exigant, *argum. Clement. plures, de iure patron. quod si conuenire renuant, tunc iure poterit Archiepiscopus præcipere, ut conueniant, eo quod talis eorum discordia est Ecclesiæ damnosa; ita Bellencin. q. 52. Azori. d. q. 6. versic. quid dicendum.*

54 Successor in beneficio soluere subsidium cogitur, quod antecessor beneficiarius non soluit, *argum. l. Imperatores, ff. de impensis, & l. hactenus, ff. de usufructu, Bellencin. q. 51. Azori. d. q. 6. in fine, ubi resoluit posse Episcopum conuenire successorem, vel antecessorem, si adhuc viuus sit, ut maluerit, & subsidium petere.*

55 Hospitalia causa communis pietatis extructa, quando titulum beneficii habent, obligantur ad subsidium, *Bellencin. q. 38. Azori. d. q. 6. versic. si rogēs, qui etiam resoluunt, quod si huiusmodi hospitalia auctoritate Episcopi fundata non sint, grauari nequeunt onere subsidii, quia religiosa, & sacra loca non sunt, & possunt ad prophanos vsus redire priuata fundatoris auctoritate; secus tamen si Episcopi auctoritate fundentur, cum ab illis sicut ab Ecclesiis suæ diocesis exigere subsidium charitatis, & alia iura Episcopalia Episcopus possit. Quomodo vero Episcopi auctoritate fundata dici possint, vide quæ diximus in Allegat. 75. n. 5. cum sequentibus.*

S P M M A R I V M.

1 Indulgentia est remissio pænæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus iam dimissis, concessa homini existenti in gratia à Præbato per applicationem thesauri ecclesiastici.

2 Plenaria indulgentia est illa, qua remittitur tota pænæ.

3 Indulgentia temporalis dicitur illa, qua non remittitur tota pænæ, sed eius tantum pars relaxatur.

4 Indulgentia carena, quadragesima, & septena qua sint, ostenditur.

5 Papa tantum plenarias potest indulgentias concedere, Episcopi vero temporales, limitatas, seu partiales.

6 Indulgentias concedendi potestas est iurisdictionis, & non Ordinis.

7 Indulgentias temporales potest concedere Episcopus etiā non consecratus, aut ordinatus, dummodo sit electus, & confirmatus.

8 Indulgentias concedendi potestas penes Papam est iure diuino à Deo proximo accepta, penes Episcopos vero est iure communi, & Ordinario.

9 Indulgentias plenarias concedendi potestas à Papa est delegabilis.

10 Indulgentias temporales concedendi potestatem Episcopus non solum suo Vicario, verum etiam Clerico demandare potest.

11 Laico non potest demandari ab Episcopo potestas concedendi indulgentias.

12 Indulgentias non potest concedere Episcopus excommunicatus, denunciatus, seu vitandus.

13 Indulgentias valide, ac sine peccato secluso scandalo non præsumo, concedit Episcopus dum in mort. peccato existit.

14 Indulgentia temporalis, quas Episcopus concedere potest, qua sint, ostenditur.

15 Archiepiscopus habet facultatem concedendi indulgentias per totam suam provinciam, & Archiepiscopatum, etiam si non sit in actu visitationis.

16 Indulgentias concedere est voluntaria iurisdictionis.

17 Indulgentias iure proprio nullus inferior Episcopo potest concedere.

18 Indulgentias concedit Episcopo inferior ex consuetudine, etiam si non sit Presbyter.

19 Prælati religionis quamuis habeat quasi Episcopalem auctoritatem in Regulares sibi subditos, iure ipso non potest indulgentias concedere.

20 Parochus indulgentias concedere non potest.

21 Capitulum Sede vacante, an valeat indulgentias concedere, ostenditur.

22 Indulgentia concessa ab Episcopo, vel Archiepiscopo si exceperint numerum taxatum in capit. cum ex eo, de penitent. an valeant, ostenditur.

23 Indulgentias Episcopus concedere tantum potest subditis suis.

24 Indulgentias pro mortuis non potest Episcopus concedere.

25 Indulgentias ab alio Episcopo concessas lucrantur exterius de proprijs licentia.

26 Exemplis an possit Episcopus indulgentias concedere, ostenditur.

27 Exempli habentur instar extraneorum.

28 Indulgentijs, quas alij concessit, frui & gaudere potest Episcopus.

EPISCOPVS QVODNAM

Indulgentiæ genus conferre valeat?

ALLEGATIO LXXXVIII.

1 Indulgentia est remissio pœnæ temporalis debita pro peccatis actualibus iam dimissis, concessa homini existenti in gratia à Prælato per applicationem Theſauri ecclesiastici, Cordub. de indulgent. q. 1. Nauar. in comment. de indulgent. & Inbil. not. 20. numero 1. cum sequentibus, Alphons. Alvarez Guerrero in speculo iuris Pontificij cap. 28. in princ. Valent. tom. 4. disput. 7. questione 20. puncto 1. vers. nos autem. Henric. in summ. lib. 7. de indulgent. cap. 1. Francisc. Leo in theſauro ſori ecclesiastici par. 1. cap. 9. num. 2. & ceteri in discursu citandi.

2 Alia est plenaria, alia temporalis. Plenaria est illa, qua remittitur tota pœna simpliciter, & ex communi est remissio totius pœnæ temporalis, quæ nimirum post peccata remissa expianda remansit, siue in hac vita, siue in purgatorio, cui plenariæ indulgentiæ interdum addi solet particula, & remissio omnium peccatorum, quæ secundum omnes est potius declaratiua effectus indulgentiæ plenariæ. Indulgentia vero temporalis dicitur illa, qua non remittitur tota pœna, sed eius tantum pars relaxatur, & sub duplici præsertim forma tribui solet. Aliquando enim dantur indulgentiæ tot dierum, vel annorum, & est remissio tantæ pœnæ, quanta solui in hac vita debuisset per penitentiam tot dierum, vel annorum, vel quanta in purgatorio luenda foret, si hic peracta non fuisset.

4 Et hæc diuidi potest in carenam, quadragenam, & septenam. Carena dicitur à carendo, & est quasi ciborum carentia, qua remittuntur tot pœnæ, quot fuissent remissa peragendo penitentiam in pane, & aqua, quadraginta diebus cum septem annis. Quadragea est relaxatio tantæ pœnæ quanta redempta fuisset per penitentiam quadraginta dierum. Septena est remissio tantæ pœnæ, quanta redempta fuisset per penitentiam septem annorum, seu quanta respondet penitentię septem annorum. Quandoque dantur indulgentiæ respiciendo ad certam partem peccatorum, ut cum datur remissio tertiæ, vel quartæ partis peccatorum, est enim remissio tantæ pœnæ, quanta per solui debuisset hic, vel in purgatorio pro tertia illa, vel quarta parte peccatorum iam remissorum. Colliges hæc ex Valentia d. q. 20. Tolet. in summ. lib. 6. cap. 24. Soar. tom. 4. disput. 50. section. 4. & 5. Cardin. Bellarm. tom. 3. lib. 1. de indulgent. cap. 9. P. Valer. Reginald. in praxi ſori penitent. lib. 7. num. 94. cum sequentibus. Balduin. Iuni. super opera controuers. Bellarm. par. 1. lib. 6. de indulgent. Aggidi. de Coninch. de Sacramentis, & censuris tom. 2. disp. 12. Aloys. Ricci. in praxi aurea resoluit. 306. Francisc. Leo d. cap. 7. à numero 3. Bonacina de Sacrament. disput. 6. quest. 1. puncto 2.

5 Solus Papa primario potest indulgentias concedere, solusq. plenarias concedit. Episcopi vero temporales, limitatas, seu partiales iure communi Canonico, & ab ipso Summo Pontifice dependenti. Ratio est, quia huiusmodi potestas est iurisdictionis, non Ordinis, e. quod autem,

de pœnit. & remiss. quatenus ibi dicitur indulgentiæ concessionem esse actum absoluendi, & iudicalem, s. Thom. in 4. distinct. 20. quest. 3. articulo 3. Gambara de Officio legat. de latere rub. 8. titul. quid posuit legatus circa indulgentias numero 1. Azgri. institut. moral. par. 2. lib. 3. capit. 54. quest. 2. Regolin. de potestate Episcopi cap. 41. in principio. Aloys. Ricci. d. resoluit. 306. numero 4. & resoluit. 222. numero 1.

7 Et ob id Episcopus etiam non ordinatus, aut non consecratus eas potest conferre, dummodo sit electus, & confirmatus, per gloss. communiter receptam in cap. transmissa, de election. tenent D. Thom. d. q. 20. q. 1. articulo 4. questionum. 2. Soar. d. disput. 50. section. 3. numero 3. Reginald. d. loco numer. 123. Nugn. in addit. quest. 25. articulo 1. questionum. 3. vers. secunda conclusio, Alphons. Alvarez Guerrero d. loco Aloys. Ricci. d. resoluit. 306. numero 4. Azgri. d. cap. 55. quest. 1. in fine, & cap. 29. quest. 8. Augustin. de Ancona de potestate Ecclesiæ quest. 29. Campanil. in discursu iuris Canonici in proemio numero 2.

8 Cum ergo hæc sit iurisdictionis potestas, & non Ordinis, recte inferitur illam, licet penes Papam sit iure diuino à Deo proxime accepta, penes Episcopos vero esse iure communi, & ordinario, at per consequens proximè acceptam à Papa, iuxta resoluta per me parte 1. huius tract. titul. 1. capit. 1. quicquid aliqui teneant Episcopos posse iure diuino indulgentias conferre, quos citant, improbantq. Bonacina d. disput. 6. quest. 1. puncto 3. num. 1. Azgri. dist. cap. 54. quest. 2. Henric. d. lib. 7. capit. 31. §. 3.

9 Hinc etiam cum ea, quæ iurisdictionis sunt, mandari, ac delegari possint de iure Pontificio, ut habetur in cap. aqua, & ibi glossa, ac Doctores, de consecration. Ecclesiæ, & in cap. quod sedes, de officio Ordin. ideo huiusmodi potestas à Papa est delegabilis, qui potest Episcopo etiam plenarias tribuere indulgentias, ut resoluit Aloys. Ricci. d. resoluit. 306. numero 2.

10 Et ipse Episcopus facultatè concedendi temporales, non solum suo vicario, verum etiam Clerico demandare potest. Emmanuel s. 4. verbo indulgentia, num. 16. Valent. d. quest. 20. puncto 3. Soar. disput. 55. sect. 6. numero 6. Reginald. lib. 7. num. 116. Bellarm. de indulgent. lib. 1. cap. 11. Nugn. quest. 26. art. 2. ad finem, Regolin. d. cap. 41. in principio. Bonacina d. q. 1. puncto 3. num. 11. Azgri. d. lib. 3. capit. 43. quest. 13. & d. cap. 55. q. 5.

11 Hæc tamen potestas non potest ab Episcopo concedi laico, cum laicus iure humano remouetur à muneribus ecclesiasticis, ut post Jacob. de Grass. Soar. & Reginald. resoluit Bonacina d. loco numero 12.

12 Hinc denique fit Episcopum excommunicatum, denunciatum, seu vitandum non posse indulgentias concedere, quia excommunicatus vitandus caret usu iurisdictionis, & consequenter inualida sunt ipsius acta ad iurisdictionem pertinentia, cap. tanta, de excess. prælat. cap. quia, de except. in 6. cum citatis à Bonacina de censuris, disput. 2. quest. 2. puncto 7. & resoluit in terminis Azgri. d. cap. 55. q. 7.

13 Ex quo patet à fortiori Episcopum, qui concedit indulgentias, dum in peccato mortali existit, valde concedere, nec peccare seculo scandalo non præuiso, quia peccatum mortale præcise non tollit iurisdictionem, Henric. d. lib. 7. cap. 32. §. 4. Valent. loco citato puncto 3. vers. tertio asse-

rimus, Reginald. d. lib. 7. numer. 118. Nugn. in addit. q. 27. art. 9. conclus. 1. post Grass. Soar. & Cordub. sequitur Bonacina d. disp. 9. de indulgent. q. 1. puncto 3. numero 9.

14 Indulgentiæ temporales, quas Episcopus concedere valet, ipso iure communi præscriptæ sunt. In dedicatione enim Ecclesiæ vnius anni indulgentiam tantum concedere potest, vel ab vno tantum Episcopo vel à pluribus deditur, & in anniuersario dedicationis, vel aliàs concedit solum indulgentiam quadraginta dierum, cap. cum ex eo, versic. ad hac, de peniten. ibi, Decernimus, vt dum dedicatur Basilica non extendatur indulgentia extra annum, siue ab vno solo Episcopo, à pluribusve deditur, atque in vniuersali dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis penitentiis indulta remissio non excedat. Fgolin. d. cap. 41. §. 1. in principio, Henric. d. cap. 32. §. 1. Azori. d. cap. 55. q. 6. Bonacina d. q. 1. puncto 3. num. 2. Francis. Leo d. cap. 7. num. 18.

15 Archiepiscopo datur facultas concedendi indulgentias per totam suam prouinciã, & Archiepiscopatum, etiam si non sit in actu visitationis, dummodo statutum generalis Concilij non excedat, capit. nostro, de penit. Cordub. questio. 14. Nugn. q. 26. artic. 1. versic. difficultas tamen, Stephan. Quaranta verbo Archiepiscopi auctoritas, versic. 31. Bonacina d. q. 1. puncto 3. numero 2. versic. obserua. Francis. Leo d. cap. 7. num. 18. Henric. d. cap. 32. §. 1. Marc. Anton. Gemens. in praxi Archiepiscopi, cap. 70. num. 15. Nam licet Archiepiscopus non sit iudex Ordinarius omnium de prouincia, cap. Pastoralis, de officio Ordin.

16 Nec extra suam dioccesim habeat contentiofam iurisdictionem, cum tamen indulgentias concedere sit voluntaria iurisdictionis, Soar. disp. 49. sect. 3. num. 9. Aloys. Ricci. d. resolut. 306. num. 5. illas concedere potest, vt per gloss. in d. capit. nostro. Sed aduertendum cum Henric. loco proxime citato, quod si concessit quadraginta dies in perpetuum, nihil amplius potest successor eius pro eadem causa concedere, quia reputantur vnus Prælati; sed superueniens Archiepiscopus ex commissione Pontificis potest dum visitat dioccesim suffraganei concedere 80. dies præter 40. datos ab Episcopo; totidem enim potest Archiepiscopus dare in sua diocesi: idem potest Primas, aut Patriarcha; plures vero dies concedit Legatus Papæ in sua prouincia; Cardinalis, Episcopus, aut Penitentiarius Papæ concedit centum dies, de quo etiam Azori. d. cap. 55. q. 6.

17 Neminem Episcopo inferiore iure proprio indulgentias posse concedere communiter traditum est in cap. accedentibus, de excess. Prælat. & in d. capit. nostro, Nauar. tract. de indulgent. not. 31. Bellarm. de indulgent. libr. 1. cap. 11. quest. 3. Cochier. de iurisd. Ordin. in exemptis, p. 4. quest. 54. Bonacina q. 1. puncto 3. numero 18. Francis. Leo d. cap. 7. numer. 19. Azori. d. cap. 55. q. 3.

18 Quamuis sit Cardinalis, nisi ex consuetudine, & praxi concedere soleat Henric. d. cap. 21. §. 4. quia tunc etiam si non sit Presbyter eas dare poterit, August. de Ancona in tract. de Ecclesiæ potest. quest. 29. artic. 8. Paun de potestate Capituli Sede vacante in 4. quest. principal. in princip. Gambard. d. tit. quid. possit legatus circa indulgentias, nu. 2.

19 Vnde ipso iure non potest indulgentias concedere Prælati Religiosis, vt Prouincialis, aut

Generalis, quamuis habeat quasi Episcopalem auctoritatem in Regulares sibi subditos, Henric. d. li. 7. c. 21. §. 5. Bonacina d. num. 18.

20 Nec etiam Parochus, est enim inferior Episcopo, Henric. eod. cap. 21. §. 8. Bonacina d. puncto 3. num. 25.

21 Nec denique Capitulum Sede vacante, quia non succedit Episcopo in potestate iurisdictionis extraordinariæ, saltem in iis, quæ sunt reseruata dignitati Episcopali, Henric. d. capit. 31. §. 4. post Grass. Soar. Reginald. & alios sequitur Bonacina d. puncto 3. numer. 23. contra quos non immerito tenent siluest. verbo Capitulum, num. 10. Lazari. verbo indulgentia, numero 47. praxi Episcop. p. 1. verbo indulgentia, numer. 2. Aloys. Ricci. in praxi auctor. resolut. 222. Azori. d. cap. 55. quest. 4. & d. lib. 3. cap. 37. quest. 9. & ideo tutius esse, vt Capitulum hoc committeret alicui Episcopo, qui suo nomine faceret, tenet Quaranta in summa Bullarj, verbo Capitulum Sede vacante, versic. vndecimo quæro.

22 Sed dubitari potest an valeant indulgentiæ concessæ ab Episcopo vel Archiepiscopo, si excederint numerum taxatum in d. c. cum ex eo? in quo dubio respondendum est negatiue, quoad eam tamen partem, quæ numerum præscriptum non excedit valere concludendum est, quia est res separabilis, & in separabilibus vtile per inutile non vitiatur l. vtile ff. de regulis iur. l. 1. §. Trebatius ff. de aqua quotid. & astuta, quare ita resolunt per tex. in cap. indulgentia, de penitenti. in 6. Aloys. Ricci. in praxi feri eccles. decis. 117. numero 5. in 1. edit. & resolut. 102. numero 5. in 2. edit. Soar. disp. 55. sect. 3. numero 11. Nauar. de indulgent. notab. 31. numer. 16. Reginald. d. loco numer. 120. Fgolin. d. capit. decimo quarto §. 1. numer. 2. Azori. d. capit. 55. question. 6. Bonacina d. disp. 6. question. 1. puncto 3. numer. 3. & 4.

23 Subditis suis Episcopus indulgentias concedere tantum potest, nam sicut ab ipso tantum ligari possunt, ita & ab eodem absolui, probat tex. in cap. quod autem, de penit. Nauar. cons. 18. numero duodecimo. versiculo decimo sexto de penit. Fgolin. d. cap. 41. §. 2. numero primo. Henric. d. cap. 32. §. 2. vbi tenet cum Nauar. quem refert in commento, quod quando Episcopus concedit indulgentiam loco intra dioccesim sito, prodest etiam externis ibidem moram facientibus, quasi ratione habitationis diutina contrahant forum, & subditi efficiantur.

24 Non potest tamen indulgentiam concedere pro mortuis; tum quia ipsorum facultas videtur à Sede Apostol. restricta ad eorum subditos degentes in hac vita, Nauar. de indulg. notab. 22. num. quarto Bellarm. de indulgent. libro primo c. 11. Emman. Sa. verbo indulg. numero 18. Reginald. lib. 7. n. 114. & 193. Soar. disp. 55. sect. 3. n. 23.

25 Si vero Episcopi speciatim suis subditis concederent, vt indulgentias ab alio Episcopo concessas acciperent, tunc eas lucrarentur, vt probat tex. in d. cap. quod autem, vbi Abb. num. septimo versic. ultimo noto, ait tutissimum esse, & valde expediens volenti peregrinari, & loca pia visitare, ipsum licentiam ab Episcopo proprio habere capiendi alienas indulgentias, idest, indulgentias datas ab aliis; & dicit Nauar. de indulgent. notab. 31. & vlt. numero 13. versic. exceptis secundo, quod hac licentia habita, non subditi possunt acquirere indulgentias ab alio Episcopo concessas, Luden. de lo-

gnin. tract. de indulgent. num. 60. Cochi. d. p. 4. quæſt. 58. num. 4.

26. Exemptis Episcopum indulgentias concedere non poſſe, ex quo iurisdictionis nihil in eos vendicet, ſed Pontifici immediate ſubſciantur, veluti proprio ac immediato diaceſano, tenent Anton. de Reſel. tract. de indulg. num. 321. v. golin. d. §. 2. num. 2. verſ. ſecundo.

27. Tum quia exempti habentur inſtar extraneorum, locaque exempta parificantur locis extraneis, cap. luminoso 18. quæſt. 2. cap. 1. de ſtatu Regul. in 6. Reſel. ubi ſupra num. 323. Nihilominus contrarium eſt reſolvendum, videlicet Episcopales indulgentias prodeſſe exemptis, quia inducta in favorem exemptorum non debent conuerti in eorum laſionem, inductaque in augmentum non debent parere diminutionem l. quod favore C. de legib. cap. quod ob gratiam, de regulis iuris in 6. l. legata inutiliter. ff. de legatis. cum citatis in libello de principijs utriusque iuris lit. A. n. 249. quare hanc ſententiam tenent Lud. Bologn. d. loco numero 63. Belarmin. d. libr. 1. cap. 11. quæſt. 3. verſ. quare cum iam. Nau. notab. 31. numero 12. verſ. addo ſextimo, Cochier. d. p. 4. quæſt. 58. numero 9. Hinc etiam reſolvendum Episcopum poſſe Religioſis indulgentias concedere iuxta ſuam facultatem, Palud. in 4. diſt. 20. quæſt. 4. art. 4. Reginald. d. libro ſextimo numero 119. quos refert & ſequitur Bonacina de puncto 3. numero 15.

28. Hinc denique non abs re dubitari poteſt verum Episcopus gaudere & frui poſſit indulgentijs, quas alijs conceſſit Ratio dubitandi eſt, quia nemo poteſt uti iurisdictione in ſeipſum. Reſpondendum affirmatiue, quia Episcopus non debet eſſe deterioris conditionis alijs, ita D. Tho. in addit. quæſt. 27. art. 4. & ibid. Nugn. Sor. in 4. diſt. 21. quæſt. 1. art. 4. ſub fin. Nau. notab. 20. numero 91. Reginald. libr. 7. numero 199. Azgri. de capit. quinquageſim. quint. quæſtion. ult. poſt Sour. Cordub. & Emman. ſa, ſequitur Bonacina d. puncto 3. numero decimo ſexto.

S Y M M A R I U M.

1 Episcopum poſſe eximere à ſua poteſtate, qui teneant, referuntur.

2 Episcopus non poteſt in totum à ſua poteſtate eximere.

3 Exemptio Eccleſiarum pleno iure à poteſtate Episcoporum concedi non poteſt ab Episcopis, & Prelatis inferioribus, ſed ſolum à Romano Pont.

4 Pleno iure dicuntur Eccleſiæ ad aliquem pertinere, quando utroque iure eidem ſubiectæ ſunt.

5 Sententiæ ſupra relatæ ad concordiam reducuntur.

6 Exempti exemptione data ab Episcopo ad ius reuerentiale illi tenentur, ſecus ſi Pontifex exemerit ab Ordinario.

7 Eximi, & ad Religioſos transferri poteſt Eccleſia à poteſtate Episcopi per præſcriptionem.

8 Declaratur tex. in cap. cum non liceat, de præſcript.

9 Declaratur tex. in cap. cum venerabilis, de conſibus.

10 Exemptiones à ſe conceſſas non poteſt Episcopus reuocare in illis caſibus, in quibus valet ſubditos à ſua iurisdictione eximere.

11 Privilegijs à ſe conceſſis reuocatio de plenitudine poteſtatis ſolius Principis eſt.

EPISCOPVS AN POSSIT aliquos eximere à ſua poteſtate?

ALLEGATIO LXXXIX.

1 Episcopum poſſe eximere à ſua poteſtate tenet gloſ. in ſumm. vigeſim. quint. quæſt. 2. & late tuerentur Calderin. conſ. 5. de rebus Eccleſia non alienandis, Oldrad. conſ. 172. col. 3. numero 8. & conſ. 254. col. 2. Dec. conſ. 152. numero 3. verſ. non obſtas ergo, & in cap. cum & plantare §. in Eccleſia numero 13. cum ſeq. de privilegijs, his præcipuis rationibus, quod præſcriptione, ac ſententia Episcopali iuri præiudicaretur, ac aduerſus cum his titulis exemptio acquiratur cap. auditis de præſcript. cap. cum inter de re iudicata.

2 Verum non poſſe in totum eximere tenet gloſ. verbo à quocunque in cap. conſtitutus, de relig. dom. gloſ. pen. in cap. paſtoralis, de donation. gloſ. in cap. 1. in princip. de privileg. libr. ſexto, ubi Branch. numero 4. verſ. in gloſ. 2. plures refert & ſequitur Rendina in promptuario recept. ſent. tit. vigeſim. ſexta, numero 9.

3 Hinc etiam tenuerunt Dominie. in capit. 1. num. 5. verſ. & procedunt prædicta, de capellis monachorum libr. ſexto, atque etiam Federic. de ſenſ. conſ. 447. & alij quos refert Dec. d. conſ. 152. numero 1. Eufide viſitat. lib. 2. cap. 20. numero 5. exemptionem pleno iure Eccleſiarum à poteſtate Episcoporum concedi non poſſe Religioſis ab Episcopis, & Prælatiſ inferioribus: ſed ſolum à Romano Pontifice, quia, inquit, non poſſe Episcopos totam ſuam iurisdictionem in aliquam Eccleſiam, & viſitationem, ac reliqua omnia paſtoralia iura ab ſe abdicare ex ratione tex. in cap. cum non liceat, in princip. de præſcript. iuncta deciſione tex. in cap. cum venerabilis de conſibus.

4 Pleno iure dicuntur Eccleſiæ ad aliquem pertinere, quando utroque iure, id eſt, in ſpiritualibus, & temporalibus eidem ſubiectæ ſunt capit. quoniam 21. de privileg. gloſ. in d. §. in Eccleſia, ubi Anton. numero 26. Cardin. numer. 1. Dec. numer. 12. & 16. Rebuſ. in concord. tit. forma mandati, verbo plenum, Cardin. Tuſch. præſt. conſul. tom. 6. lit. P. conſ. 364. numero tertio. Sayr. de cenſur. libro primo capit. 6. numero 12.

5 Verum prædictæ pugnantēs ſententiæ ad concordiam reduci poſſunt in hunc modum, ut ſcilicet prior affirmatiua procedat in Episcopo huiusmodi exemptionem cum Capitulo & iuſta cauſa concedente, poſterior verò his non interuenientibus, iuxta regulam tex. in capit. ſine exceptione 11. quæſt. 2. & in cap. nulli, & per totum, de rebus Eccleſia non alienandis, & quæ late ultra ordinarios ibi explicant Rebuſ. in compendio alienationum numero 9. & 11. cum ſeqq. Cou. lib. 2. variat. cap. 17. à princip. Molin. de iuſtit. tractatu 2. diſt. 465. & 468. & magis in terminis argum. tex. in capit. Paſtoralis de donation. poſt Abb. notat idem Rebuſ. in tract. de congrua portione numero 38. Roch. de iure patronatus verbo pro eo quod de diaceſani numero 20. Lambert. eodem tract. art. 8. primæ quæſtionis principalis 2. p. lib. 11. num. 32.

6 Et ſic exempti exemptione data ab Episcopo